



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. I. Dotes prærequisitæ in Præposito Generali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

CAPUT I.

De ejus Qualitatibus, & Facultatibus.

SECTIO I.

Dotes praequisite in Praeposito
Generali.

N seligendo eo, cui universae Societatis regimen demandandum est, attendenda sunt plurima.

1. Ut cum Deo quam maximè conjunctus, & familiaris, tam in oratione, quàm in omnibus suis actionibus sit. Præterea omnium virtutum exemplo, ac præcipuè Caritate in omnes, & humilitate conspicuus; tum exteriùs compositus, præsertim in loquendo. Misceat benignitati severitatem: nec se dejici adversis, aut prosperis efferi permittat.

Religiosa Virtutes.

2. Præclaro intellectus, & judicii dono polleat; doctrinaque, sed magis prudentia, valeat: & in rebus spiritualibus exercitatione. Vigilantiam, sollicitudinem, & constantiam in rebus aggrendendis perficiendisque præferat.

Alia intellectus, & voluntatis ornamenta.

3. Ætas

Bona corporis.

3. Ætas media inter senilem, & juvenilem, firma etiam valetudo attendenda; nec species externa ad decentiam, & auctoritatem desit.

Bona externa.

4. Existimatio, ac bona fama; nobilitas, divitiæ, honor, quibus in seculo eminebat; ea sunt, quorum aliqua ratio, ceteris tantum paribus, est habenda.

Summa præquisitorum.

5. Denique ex eorum numero esse debet Præpositus Generalis; qui in omni virtutum ornatu clarissimi; & de Societate optimè meriti; & diu in eadem tales esse perspecti sunt.

Aliquibus deficientibus quid necessario desideretur.

6. Et si aliquæ ex dotibus superius dictis deessent; certè non desit eximia probitas, & amor erga Societatem, ac judicium bonum; quod etiam idonea doctrina committetur; ^a & sit Professus quatuor Votorum. ^b

*a P. 8. c. 1. §. 6. & G. & P. 9. c. 2.**b P. 5. c. 1. A.**& P. 8. c. 2. A.**& C. 1. a. el. D.**6. c. 3.*** Nonnulla alia consideranda.**c Form. Con.**Gen. §. 30.**Omniun aptissimus eligendus.*

* 7. Præterea habenda est ratio eorum quæ 2. & 3. Cap. exam. & 2. & 3. Cap. Par. 1. Const. dicuntur, & Interrogatorii, quod ante electionem à deputatis PP. conficitur; juxta eas dotes, quas præcipuè attendendas esse temporum conditio persuasit. ^c

8. Et in ejus electione jurent singuli Electores se eligere quem aptissimum inter præ-

præsentes absentesque judicant. *d* Nec im-
 meritò tam multa præscripta sunt; cum
 bona, & mala Capitis habitudo in univer-
 sum corpus redundet. *e* Quæ forma ser-
 vanda sit in ejus electione; habes in For-
 mula Congregationis Generalis à §. 2.
 ad 55.

d P. 8. c. 6. §. 6.
 & F. & Form.
 Con. Gen. §.
 29. & 38.
e P. 10. §. 8.

SECTIO II.

De ejus Auctoritate in Genere.

1. **A**uctoritas Præpositi Generalis (ut
 de ea primùm agatur in genere) *Jurisdictio ejus*
 summa est, quæ propemodum potest esse: *in Societate*
 summa. *summa.*
 nam dicitur expedire, ut ille omnem ha-
 beat auctoritatem in universa Societate ad
 ædificationem: ex qua, præter cetera quam-
 plurima, illud sequetur commodi; ut uni-
 versus Ordo ad Monarchicam gubernatio-
 nem compositus, maximè servetur unitus;
 ipsiusque membra per universum Orbem
 dispersa, per omnimodam hanc subordi-
 nationem, suo Capiti colligata, promp-
 tiùs, atque faciliùs à Summo Capite
 CHRISTI in terris Vicario, moveri pos-
 sint. *f*

f P. 8. c. 1. §. 7.
 & P. 9. c. 3. §. 1.
 & Jul. III. p.
 64. & Gregor.
 XIV. p. 281 &
 Paul. V. p. 310.

2. Hanc auctoritatem liberam, & ge-
 neralem, & plenam in universos ejusdem
 So-

Et in omnes
Socios statim ab
electione.